Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38233
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



sed faciet cum temptatione et iam proventum ut possitis tolerare; Ideo
fidelem dicit dominus. qui non patietur vos temptari. super id quod potestis.
quod daturum se promisit dominus. diligentibus se regna caelestia. et de ne
cesse est quod fidelis est. Propter ea ergo pro se aderit nec patietur tantum
inrogari quod tolerare non possit. sed faciet ut aut cito cesset temp
tatio; aut si prolixa fuerit tolerandi dat iustitiam. alio quin dabit
quod promisit. si vincitur qui patitur homo est; Infirmitatis subiectos
et non erit qui accipiat. sed quod fidelis est dominus. qui promisit subvenit ut im
pleat quod promisit; Deniq; breviatos dies dicit dominus. ut salventur electi.
et possint consequi regnum dei; Quomodo tamen adeo adiuvantur.
si tantum permittitur temptari quantum potest; Adiuvantur plane dum
non plus permittitur ei inponi quam scitur ferre posse ut quasto die pati non per
mittatur qui scitur ultra non posse quam triduo tolerare; XIII

Propter quod carissimi fugite ab idolorum cultura; Hostatur etiam
nunc ut abstineant se ab omni societate idolatriae et non solum
non sperare sed et animus inde tollatur; Nec per hoc nascatur in dominum tempta
tio nimo enim assiduus in idolio nihil sperat de eo; Hinc enim spera
re dubitare de deo est. sicut saul relicto deo qui ei fuerat delicta causa
iratus ad idolatriam se contulit aliquid sperans de ea. cui quidem
et in presenti obfuit. et in futurum gehennam. ultricem providit. Quasi
prudentes vos iudicate quod dico; Exempla subicit ut facilius sua
deat quod cui verba satis non faciunt sol et exemplis suaderi. Calicem
benedictionis quem benedicimus. nonne communicatio sanguinis domini est;
Panem quem frangimus. nonne communicatio corporis domini est. Quia unus
panis unum corpus multi sumus; Omnes enim de uno pane. et de uno calice
participamus; Quoniam unum sumus alter alterius membra unum nos senti
re debere ut fides una unum habeat sensum et opus; Vide et israel
secundum carnem. hoc est discite homines videntes dominum quemadmodum se
habeant cathalia. id est. idolatria. nonne qui edunt hostias participes
sunt altaris; Sic enim nos de uno pane et de uno calice percipientes con